UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

CLXXVII. Honorivs III. Anno Christi 1216. Ottonis IV. 8. Henrici 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65464

Visual Library

CLXXVII.

HONORIVS III.

ANNO CHRISTI 1216.

OTTONIS IV. 8. HENRICI II.

HONORIUS III. antea *Cencius de Sabellis*, *Romanus*, *vir doctus & morum integritate ſanctiſſimus* (1) XV. Kal. Auguſti anno 1216. Peruſiæ factus eſt Pontifex, & IX. Kal. conſecratus. (2) Pridie Kal. Septembr. Romam venit, exceptus totius Civitatis gaudio ingenti. Petrum Cortenaicum Comitem Altiſſiodorenſem, ſuffectum in locum Henrici Imperatoris Conſtantinopolitani ſinè liberis vitâ defuncti, conſecravit in Æde S. Laurentii extra muros, (3) dataque epiſtolâ ad Conſtantinopolis Patriarcham, factum excuſavit, ne quis putaret aliquid derogatum de jure inaugurandi Imperatoris Orientalis, quo gaudent Antiſtites Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Eundem Honorium & Palæſtinæ recuperandæ, & hæreſis Albigenſium opprimendæ cura tenuit. (4) Ob id habitâ in Urbe ſupplicatione, capita Apoſtolorum Petri & Pauli nudis pedibus geſtans pacem

Rayn an. 1216. §. 4. 21. Spond. §. 14.

Rayn an. 1271 §.4. 18.28.49. 100. Spond. §. 1.

cem & opem popoſcit Dei Partem
Corſicæ inſulæ conceſſit Genuenſi-
bus lege eâ, ut libram auri perſolve-
rent in annos ſingulos. Federicum Rayn. an.
II. Henrici VI. filium, & Federici I, 1220.
Ænobarbi nepotem, Imperii inſigni- §. 21.
bus decoravit, obtinuitque ab eo, Spond.
ut terras Comitiſſæ Mathildis Roma- §. 1.
næ Eccleſiæ reſtitueret: fruſtra ta- Rayn. an.
men inſtitit, ut fidem exſolveret de 1221. §. 29.
expeditione ſuſcipienda in Palæſti-
nam. Omnium primus largitus dici-
tur indulgentiam aliquot dierum per
occaſionem *Canonizationis Sanctorum.*
Pœnas graviſſimas conſtituit in eos,
qui auſi eſſent violare Cardinales, Rayn. an.
quos haberi voluit ſacroſanctos. Di- 1225.
em obiit XV. Kal. April. anno 1227. §. 39. 50.
decimo, & menſe octavo, quàm cœperat An. 1227.
Pontificatum. §. 12. Spond. §. 1.

ANNOTATIONES.

(1) Nauclerus lib. 2. Chronographiæ generat. 41. pag. 916.

Honorius III. præter cætera ſcripſit *Ordinem Romanum*, qui extat apud Mabillonium tom. 2. Muſei Italici pag. 167.

(2) Ab Honorii III. electione cœptum laudabilem morem incluſionis Cardinalium in Conclavi, falsò ſcribit Ciaconius in vita ejus: idem tamen in vita Gregorii X. veriſſimè di-

cit, ante eum *nequaquam Cardinales intra Conclave includi* ſolitos. Vide annotat. 2. ad Gregorium X.

(3) Ne ſi intra Urbem inauguratus eſſet, aliquid juris videretur habere in Imperium Occidentis, ùt animadvertit Bellefortius Annal. Franc. lib. 3. cap. 82. apud Spondanum ad an. 1217. §. 1.

(4) Pariſius in Hiſt. Angl. apud Raynaldum ad an. 1223. §. 39. *Circa dies iſtos hæretici Albigenſes conſtituerunt ſibi Antipapam in finibus Bulgarorum*, Croatiæ *& Dalmatiæ, nomine Bartholomæum*.

CLXXVIII.

GREGORIUS IX.

ANNO CHRISTI 1227.

FEDERICI II. 8. ROBERTI 7.

Rayn. an. 1227. §. 13. 29. Spond. §. 2. 8.

DIe primo poſt interitum Honorii III. magno conſenſu invitus ſubrogatur *Ugolinus* Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, natus patre Signiæ Comite, & Innocentio III. junctus conſanguinitate. Nomen huic impoſitum *Gregorius IX.* Vix dum XII. Kal. April. conſecratus Federicum II. admonuit, ut quam voverat ac juràrat expeditionem ſacram ſuſciperet. Tergiverſantem multavit anathema-

ta,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN